



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10262**

De S. Iohanne Canonico regulari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

DE S. IOHANNE CANONICO REGVLARI.

769

Anno autem ab incarnatione Domini sexcentesimo quadragesimoquarto, reue-  
rendissimus pater Paulinus, quondam quidem Eboracensis, sed tunc Episcopus Rho-  
fensis ciuitatis, transiit ad Dominum, sexto Iduum Octobris die: qui decem & no-  
uem annos, & menses duos, & vigintiunum dies Episcopatum tenuit: sepultusque est  
in secretario beati Apostoli Andreæ, quod Rex Edilbertus à fundamentis in eadem  
Rhoi ciuitate construxit. In cuius locum Honorius Archiepiscopus ordinavit Itha-  
mar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vita & eruditione antecessori-  
bus suis æquandum.

Ex lib. 3 Hi-  
stor. ciuile  
cap. 14.

VITA S. JOHANNIS PRIORIS MONASTERII

BRIDLINGTONIAE CANONICORVM REGVLARIVM

*in Anglia, ex quodam M.S. codice per F. Laur. Suriummutato stylo presb̄iūs*

*& contractiūs descripta. Authoris nomen codex non habuit, sed est*

*historia granis, scripta ab eius aequali.*

A C R A T I S S I M A E recordationis Iohannes Prior Octobr. 10.  
Bridlingtoniensis, cuius grata solennitas mirifici splen- Cap. 1.  
doris radijs vniuersam illustrat & ornat Ecclesiam mili-  
tantem, instar immota cuiusdam columnæ, in base fidei  
firmiter collocata, mortalium omnium nutabundam con-  
firmat instabilitatem, & benignæ intercessionis consola-  
tionem sustentat. Is enim prima florentis ætatis exordia Multis vir-  
virtutibus consecrans, profligatis vitiorum tenebris, diu- tuibus or-  
ni timoris amplexus est itinera, & in Tobiae vestigijs insi- natur adhuc  
stens, atq; spei & charitatis multos proferens fructus, san- puer.  
ctis spiritus singulare quoddam sacratum effectus est. A Multum p-  
pijs vero parentibus enutritus, & studijs liberalium disciplinarum admotus, breui ficit in stu-  
longo interuallo omnes post se reliquit suos condiscipulos. Neque tamen soli acqui- dijs litera-  
renda scientia deditus erat, sed cælestibus animo inhians, cum esset in schola Oxoni- rum.  
ensi, crebrò interruptis scholasticis disputationibus, interiori homini excolèdo vaca-  
bat, templū animi sui supremo principi dedicans, & in Dei ac proximi amore fernuen-  
ti spiritu sese exercens, ut quidem ad nos perlatū est ab eius condiscipulis fide dignis : Hic Author  
atque in ipsa iuuenili ætate Deo toto animo addictus, aduersus illatas iniurias & con- indicat se  
tumelias placidum & tranquillū sese exhibebat. Leuitatem & petulantiam omnem eius  
perpetuò vitabat, suo potiū & omnium cupiens militare creatori, quam vanis & fri- qualem.  
uolis occupationibus tempus terere, & bonas horas male collocare.

Hunc verò in modum in virtutibus enutritus & educatus feliciter in Comitatu Cap. 2.  
Eboracensi in locis maritimis, nec multum à monasterio Bridlingtonensi remotis,  
cùm biennium exegisset Oxoniæ, ocyüs domum reuersus est, atque illic non tam hu-  
mana institutione partam, quām cælesti vñctione infusam perquisuit scientiam. At-  
que in ipsa iuuentute maturos annos induens, quod ætati deerat, virtutum studioſa Senilis ma-  
conuersatione suppleuit. Cùm sic autem & scientia & honestis morib⁹ ornatus es- turitas in  
set, vir quidam celebris ac opulentus illum suorum filiorum voluit habere pædagogum, qui eos non solum literas doceret, sed etiam à vitijs coerceret. At ille perpen-  
dens teneram esse lili⁹ substantiam, quæ spinarum aculeis facile perforetur, timens  
etiam insanientis libidinis æftus, vicesimo ætatis sua anno, magno religioſe vitæ ar-  
dore correptus, virtutibus præclarè instruētus, Christi sempiterno seruitio se consti-  
tuit mancipare. Mouebatur enim etiam ijs rebus, quas partim quotidiana discebat  
experiencia, tot inter homines existentibus contentionibus & discordijs diuturnis : partim memoria repeatebat è scripturis diuinis, Abel & Cain vno parente editos, co- Gen. 4.8.21.  
lumbam & coruum pariter in arca commorantes, Isaac & Isma'el inter se collu-  
dentes, ab ipsis primis creati orbis initijs improbos bonis admixtos : denique mul-  
tos vndique malè blandientis mundi propositos esse laqueos. Horum igitur accura-  
ta consideratione incitatus, Bridlingtonense cœnobium petijit, atque illic haud se-  
cūs atquè Angelus è cælo veniens, hilariter acceptus, monasticum habitum induit,  
multaque morum integritate conspicuus, & sancti spiritus flamma incensus, regu-  
laris obseruantia admodum studiosus fuit. Amabat Deum toto corde & tota anima,

Fit mona-  
chus apud  
Regulares  
Canonicos.

Ttt mente

**Catalogus virtutum eius** mente cælestia suspirabat, mundi huius res caducas omnes contemnebat, mirè perfusus gratia cælesti. Erat humilis, obediens, abstinentia rigidus, iustitia tenax, continentia insignis, in vigilijs freques, strenuus in precibus, spiritu fervens, in sermone circunspectus & maturus, spe firmus, perpetuò in Dei seruitutem intentus. Cum alij more suo vanis oblectamentis se dederent, ipse vel orationi, vel lectioni incumbebat. Disciplina monastica tam fuit exactus cultor, vt nec minimas constitutiones negligeret: quod idem etiam suis fratribus in supremo spiritu attentiùs commendauit. Tanta verò humilitate fuit, vt cum diuinis officiis attentissimo corde persolueret, libenter totis viribus aliorum vices impleret: in incessu autem omnē mundanorum hominum pompa prorsus fastidiret & negligeret.

**Cap.3.**

Gen.8.19.  
22.41.  
Exod.2.  
Iohu.6.  
Iona.2.  
Dan.13.6.  
& 3.  
Cap.4.

**Recular monasterij prefectorum.**

**In diebus tan-**  
**dem lit Pri-**  
**ori sui ec-**  
**nobi.**

**Cap.5.**  
**Eius eximia**  
**charitas er-**  
**ga omnes.**

**Cap.6.**  
**Magnus fer-**  
**uor sacrifi-**  
**cantis.**

Propter eius eximias virtutes demandata ei suere Praeceptoris, Eleemosynarij, & Supprioris ministeria, in quibus recte arque ordine secesserat. Ab alijs functionibus, quæ mundi huius tumultibus & tempestibus expositi sunt, ad tempus illum diuina prouidentia preseruauit, ne animus recens, virtutum ornamenti pulchre compositus, mundi huius occupationibus implicatus, fallaci rerum labentium amore obscuraret & excæcarentur. Ita ille protector noster Deus, vt quondam Noë à diluvio, Lotab cælesti incendio, Isaac ab impendente gladio, Joseph à foeminae calunia & carceris angustijs, Moysen ab ira Pharaonis, Rahab à ciuitatis excidio, Ionam à mortis periculo, Susannam à falsis testibus, Danielem à leonibus, tres pueros ab ignibus, sic monastica disciplina specimen a sequentibus seculi potestate seruauit.

Sed cum cresceret fama virtutum eius, accidit, vt monasterij Preposito in fratrum manus suum munus resignante, vota omnium, sancto id agente spiritu, in eum converterent, quod ea functione dignum eum existimarent. Sed ille, vt erat humilius, ita ait ad eos: Irane vos pygmæi imbecillas vires in Ecclesiæ structura columnam vultis constituere? hominem cæcum hostiles dolos & machinas posse peruidere putatis? aut canem mortuum, latratu suo lupos gregi Dominico insidiantes abigere? An verò ignoratis, dum abest maceria aut idoneum munitum, vineam Domini fraudulentas vulpeculas demoliri? Itaque ego multa inuolutus ignorantia cecitate, etiamsi ad columnam alliger, & multis conficiar plagis, non tamen ausus ero isthuc in me onus recipere. Ita illo secessante, alius electus est. At illo intrâ annos non multos peste sublatâ, diuina sapientia prouidentia volens lucernam, tanta luce conspicuam, sive radijs eriam alijs prælucere, id efficit, vt denuò liberis fratrum suffragij electus sit. Et quanuis ille oneris eius immane pondus attendens, egrè ad tempus animi sui astus tolerabit, tandem tamen diuina consolatione perfusus, atque maiori ex ætate maturiori accedente iudicio, animaduertens quanto laboriosior est vita huius peregrinatio, tanto ex Dei gratia illustriorem quoquæ fore triumphum ex hoste tartaro, supposuit humeros sarcinæ, confidens in clementia & adiutorio Salvatoris.

Eo autem honore sublimatus, quemadmodum secesserit, ingenij nostri tenuitatem pro dignitate explicare non potest. Esuriētes pauit, nudos vestiuit, frigus temperavit, dolori consolationis sombra adhibuit, lachrymas abstergit, oppressos subleuauit, carceres aperuit, pacem conciliauit, fedderatos confirmauit, consopiuuit lites, remoratus est bella, produxit inducias, agris salutem, seruis libertatem restituit, dilarauit mœnia, clementia profligauit crudelitatem, detexit fraudes quodam veritatis fuso illatas, destruēta instaurauit, noua construxit ædificia, agris fecunditatem, horreis vberatatem attulit. Porro verò quieti contemplationis ferventiū operam dedit, cum fratribus nocturnis pariter & diurnis horis preces Canonicas tam accuratè persoluerens, vt audito campana signo, negotijs secularibus occupatus si fuisset, voce lamentabiliter sapiens fratribus diceret: Nunc quidem animus cupit cum ceteris ire ad ecclesiam, sed heu aliunde impeditur: Ita nimurum Rachelis castos amplexus expetens, vt tandem Lie diligentiam sibi minimè purarer omittendam.

Solebat etiam frigidissimis anni temporibus in aurora Missæ sacrificium facere. Itaque omnipotens Dei amore accusus inexplicabili, ob nimium animi ardorem quādam deponebat vestimenta, frigori arcendo opportuna, nihil interim sentiens aspernum gelu: immò verò ab eius vertice visabantur densi prodire vapores, perinde ut solet ex multū bulliente aqua. Interim nonnunquam rapiebatur spiritus eius in Deum, corpus verò quasi exanime cernebatur, suoque pondere depresso, subsistere vix potuisset, nisi ab alijs esset sustentatum. Quodam die eiusmodi iucunda

## DE S. IOHANNE CANONICO REGVLARI.

771

cunda deuotione affectus, in facello suo Missam celebrare voluit, ministro illius ei assistente cum homine quodam seculari. Premissis igitur priuatis orationibus & meditationibus, mox sacerdoriales induit vestes: cumque anhelo pectori caelestis patriæ gaudia contemplantur, usque ad Epistolam omnia ritè peregit. Tum verò clam dixit ministro, ut secularem hominem è facello iuberet abscedere. Quod cùm factum esset, usqueadè diuino est amore inflammatus, ut præ multo lachrymarum imbre verba pronunciare non posset. Quod tamen ille non virtuti, sed infirmitati attribuit, nolens ut minister eius ad aliorum notitiam id gloriarundus perferret. Sed erat certe illie egregiè humilis, ut etiam eos diligenter, qui ipsum contumelia afficerent, ingratios beneficijs obrueret, vanas adulantium laudes odiret, honores fugeret, cum inferioribus ministraret, prouectioribus sociabilem se exhiberet.

Porrò gregi sibi cōmisso vigilanter intendens, aduersum maligni dæmonis tentationes subditos suos & exhortationibus, & exēplis bonis egregiè animauit. Desides & pigros in prestanto officio, castigabat: pie & religiosè se gerentes, fauore & amore profequebatur. Diligenter admonebat fratres, ut à domibus officialibus mulieres excluderent, nè mente vacantes libidini, à beatorum consortio fierent alieni. Cum fratribus in refectorio cibū capere solebat, nisi hospites eiusmodi superuenirent, quibus cum adesse oportet. Noctibus cubabat in dormitorio, nocturnisq; precibus, quas Matutinas vocant, perugil intererat, multum reformidans, si fecūs tempus expéndebat, cum lampade vacua non se peruenturum ad epulas celestium nuptiarum. Aegrotos solicite visitabat, eis opportuno tempore res necessarias subministrans. Apud hospites iucundus erat, & sapiēter alijs escas appositas distribuens, ipse inter delicata Mira absti- fercula solo pane sapissimè vescebat. Quod tamen nè alijs admirationem, ipsi glo- riam inanem pareret, cibos consindebat ac partiebatur, sed cautè in quodam vasculo eos reponens, cùm edere putaretur, Dei amore carnem abstinentia maccerabat.

Sermo eius haudquaquam insuetuosus fuit, nec delectabatur verbis friuolis & su- Cap. 8. periacaneis, sed utilibus, ab ipsa scriptura diuina depromptis, cuius erat admodum studiosus. Mos illi fuit, nocturnis precibus persolutis, reliquam noctis partem studio deuotionis impendere, solo Deo concio, quid ab eo fieret: accurateq; in suos actus quotidians inquirere, idque non sine lachrymis & eiulatu. Ità meditando & con- Noctis exercitando vñque in auroram, qua sacrificium Missæ offerebat, præclarè occupatus erat: communisq; aduersum vitia, omnium conditori multas gratias agebat. Tanto igitur deuotionis igne inflammatus, tot virtutibus instruētus, precibus diligenter intentus, rara benignitate conspicuus, cælesti consolatione abundè fruebatur. Quād verò insigni fuerit patientia, sequens historia declarabit.

Quidam è fratribus eius monasterij, magno furore commotus, procaciter ingressus in aulam, ubi vir mansuetus cum quibusdam familiariter conferebat, multa in eum conuicia contumeliosè & impotenter iactitabat, minis & clamoribus id se effeturum sperans, vt ira permoueretur. At ille fellis expers, columbinæ simplicitatis amans, ne verbum quidem ei respondit. Id cernens quidam, præ cæteris viro Dei familiarior, Cur tam, inquit, atrocia huius hominis dicta perfers, cùm verbo uno edicere possis, vt redeat ad cubiculum suum? Vides, quas suis verbis rationes prætexat, vt que ex latentis nequitia fouea tumens superbia, innocentia proculatrix, caput exercat suum? Quid ita negligis existimationem tuam, honorisque tui iniuriam? Cur tantæ nequitia administrum non reprimis? Ei beatus vir sic respondit: Si flamma vox adificij testa lambens, in sublime feratur, num tu consulte facturum putabis eum, qui plus etiam materiæ in flammarum iniicere velit? Frater iste ad præsens magno ardor furoris æstu, cui si ego comminationum faculas ad mouere velim, furor eius magis magisque inflammabitur, atque ita fieri, vt in rectam viam placide & amanter reuocari non possit. Sed ubi hac flamma deforbuerit, tum demum ad opportuna remedia animo deliberato accedemus. His dictis, nihil commotus abscessit, cum Dauidis sacræ scripturæ pulsans citharam, atque ita Saulis insaniam temperans. Ea enim suauissima harmonia didicerat innidæ vesaniam profligare. Quis, obsecro, tantam in eo non admiretur tolerantiam & aequabilitatem, cùm aliqui natura & habitudine esset cholericus, cuiusmodi homines solent facile ira commoueri, & tamen naturæ propensiones comprimens, diuinæ gratiæ beneficio Christi se fidelissimum sectatorem comprobârit?

Porrò etiam probatissimorum Ecclesiæ Doctorum libros, scripturarum amator Cap. 10.  
Ttt 2 arden-

## O C T O B E R.

772  
Legit san-  
tos Patres.

ardentissimus, studiosè perlégit, lectosq; memorie cōmendauit. Rerum externarum ea moderatione curā gesit, vt tamen animæ cum Deo coniugendæ studia non omitteret. Ociū, vitiorum omnium fomentum, strenuè à se repellens, aut in Marthæ labores actuosos, aut in Mariæ quietas & iucundas contemplationes, incumbebat.

Cap.11.

Frater quidam à mercatore non paruoare sibi cucullum comparauerat. Sed postea cōquestus est venerabili viro, mercatorem illum contra fidem datam intoleanda ipsum iniuria affecisse. Tum verò pīssimus pastor, eius fastum & superbiam sanguine volens, cūm non esset nescius, quemadmodū rubigo ferrum, & tineae vestem nicioſa mo- corrumpit, ita superbia religiosam vastari humilitatem: manū suū pectori admo- nacio.

Respuic pō  
pam venuſū

sicutque locutus est: Nimis precij est cucullus sex solidorum; vt illo tam putre ca- dauer obregatur: his verbis fratrem cupiens prouocare, vt spredo superbo habitu, ipsius humilitatem imitaretur. Nam quidam multa instantia apud eum egerant, vt propter functionis sue dignitatem preciosis vteretur pellibus: sed ille modestissimè respondit: Agnorū pelliculae abundè sufficiunt arcendo à nostris corporibus fri- gori: videlicet nolens corum ineptis persuasionibus obsequi, qui iam in sui contem- ptu perseverans, secularis pompæ fastum oīnem protrierat, & adulterantem su- perbiā enerandi accepérat vires.

Cap.12.

Cūm Vitas sanctorum Patrum legeret, diligenter obseruauit locum quendam, vbì impurus demon scribitur visibilis apparuisse eidam eremita. Quod etiam venerabilis memoriae Vilhelmu[m] \* Slegtholmensem, tum quidem Capellanum, vt vo- cant, nunc verò miraculis celebrem, quibus illud monasterium egregiè condecorat & illustrat, cūm permouisset, sciscitus est à beato viro, quid causa sit, quod non ita iam conspicuum se præberet satan, vt oīlī consueuerit sanctis illis patribus. Ille ve- rò respondit: Antiquorum Patrum animos non fallax splendor & inanis gloria, sed diuina gratia illustrat. Itaque facilè illi fraudulentas inimici machinationes perui- dentes, cū pugiles inuidi illum fortiter expugnarunt. Quod ille superbus non fe- rens, difficilima tentationum certamina illis obiectiebat, monstruosas formas & teter- rimos impetus eis ingerens, vt vi illos protruderet in peccata. Nos verò qui facilè ei obedimus, occultis tentationum iaculis citò prosternit, etiam si nullam nobis te- tram speciem repræsentet.

Cap.13.  
2. Par. 9.

Fama sanctitatis beati viri procū euagante, perfetissimi quiq; Britanniæ virti, affi- nibus terra peroperāunt ad eum, audituri sapientiā Salomonis, planè persuasam ha- bentes, se felices reddituros in sua, si eius essent perfucti colloquio. E quibus nonnullis sciscitantibus, cur perfectius institutum monasticum non complectetur, ille sa- piēnter respondit: In quolibet monastica vita genere possumus continenter animo cælestis patriæ gaudia contemplari, & in virtutibus progredi. Interim tamen fateor me huius instituti ea, quæ substantialia vocant, necedūm impleuisse. Itaque temerita- tis iurè arguendus sim, si laxioris vitæ etiam minima non obseruans, arctiori discipli- nae me tradam, sublimia professurus. Quibusdam verò percontantibus, quis canon Euangeliū S. Johannis monasticus potissimum consecrandus sit, ille mox respondit, Euangeliū secundūm perfectissi- mas habet Iohannem, Canones omnes excellere. Et certè ipse beatus vir inter huius procellofæ Christi insti- Vitæ tam variis casus & innumera discrimina, diuini amoris pennis ultra sidera subla- tutiones, q- tus, atque inde contemplans quicquid hic orbis habet, id omne instar aqua præterla- bus oīs Ca- bents euancere, præclaram sancti Iohannis doctrinam, sibi ipsi vita normam dele- nōtifici mi- litant. git. Et sicut inter quatuor Euangelistas beatus Iohannes sublimiter ad cælestia instar aquilæ enolans, summæ Diuinitatis mysteria evidentius pronunciauit: sic nostris temporibus alius Iohannes, cælestium mysteriorum probè conscius, eximio contem- plationis volatu, calcatis terrenis, se cælestibus inseruit. Cui rei confirmandæ non pa- rūm confert id, quod iam dicturi sumus.

Cap.14.

Cum aliquando ex officio inuiseret loca diuersa, quæ monasterij ipsius ditione te- nebantur, ad quandam inclusam diuertit in Comitatu Richemundiæ, vt inter tot ex- ternas occupationes spiritualibus colloquijs animum accenderet & inflammaret. Oblata autem fuerat illi inclusa superiori nocte visio, illam consolans atque confir- mans, quam ea beato viro exponens: Vidi, inquit, obscura nocte, nulla apparente lu- na, aquilam mirè formosam, expansis alis domum hanc circuulare, in cuius ro- stri acie chartula breuis hærebat, cui hæc verba erant inscripta: Iesus est amor meus. addiditque inclusa illa: Tu verò pater, es aquila illa pro tuorum excellentia merito- rum, qui magna animi constantia, mundi contempro amore, diuino fortiter inheres.

Ille

Ille verò ad hæc ità respondit: Nos quidem eo animo hoc accessimus, vt mutuis colloquijs omnipotentis Dei gratiā & benevolentiam nobis conciliaremus: at nunc, vt video, malus dæmon, vitiorum nostrorum sagax explorator, per tot inanes sermones sibi in animos nostros aditum parat. Atque his dictis, ocyū abscessit. Eum autem subitum receffum inclusa molestè ferens, səpiùs conquesta est, se vix ullum vñquam conspexisse, qui tam celeriter ab incauta laudatione sese subduceret.

Idem autem ipse beatus pater, animarū intrepidus & invictus moderator, aduer- Cap. 15.  
sùs monasterij quantumvis terribiles oppressores clypeo fortitudinis sese armabat. Administer quidam Lancastriæ illustrissimi ducis, exactor səuissimus, illum suū domi- Multū ab  
num, tanquam Assuerum alter crudelis Aman, in augmentum facinoris sui, in inno- hoiret à va-  
xiuum Mardocheum scelerate incitabat: fretusque eiusdem principis autoritate, tu- menti animo viro mansuetissimo multas intentauit minas in monasterij irreparabile detrimentum. Contrà verò sanctus vir, constantia armatus, nihilque eius furore frā-  
ctus, studuit lenire eius commotum animum, copiosè ei satisfaciens de ijs omnibus, quæ obijciebat: atque tandem in hæc verba prorumpit: Vide, nè pro virtuoso erga do-  
minum tuum studio & amore, qui te eō impellit, vt bona nostra quotidie affligas &  
diripias, in tartarum detrudaris, poenas illic daturus æternas, moxq; recedens, à Do-  
mino opem & consolationem petijt. Et eccè manè sole illuccente, qui paulò antè inflatus superbia, Luciferum quendam repræsentabat, magna cordis contritione immutatus, grauitur pollicetur, se perpetuum deinceps ei monasterio amicum fore: mutatur in quod etiam reuerà prästit, in rebus agendis fidelem monasterio nauans operam. amicum.  
Ita nimirū gratia sancti spiritus mutat mentes improborum, efficitque vt bonos ament, quos antè stimulante inuidia persequebantur.

Multa verò etiam miracula perpetravit vir beatus, è quibus nonnulla his infere- Cap. 16.  
mus. Quinque viri mari tempestate iactati, in summo discrimine versabantur, ità vt se eualuros desperarent. Tandem sua lugentes peccata, atque ad animum reuocan-  
tes præclarè gesta à beato Iohanne, etiamnū in corpore de corpore egregiè trium-  
phanthe, illum, continenter inuocarunt. Interim vident quendam viro sanctissimo Inuocatus,  
corporis lineamentis similimum, in habitu regulari ipsis apparentem, & nauis mā liberar in  
lum sua manu firmantem, ipsamque nauim ad optatum litus appellentem. Illi tanto maris peri-  
beneficio affecti, latabundi properant ad monasterium, beatum virum inuiscere cu-  
pientes. Vbi ad ecclesiam ventum est, ille eis venit obuiām: & cum nunquam antè visus eis fuisset, ex imagine, quam in mari viderant, eum agnoscent: adiuuuntur ad eius vestigia, gratias agunt pro liberatione suī à tam præsenti periculo. Sed vir Dei do-  
cet eos diuinæ benignitati id tribuere, nihil sibi: hac ratione inanis gloriæ fumos dis-  
cutiens. Poteft in hoc miraculo beatissimo Nicolao Episcopo comparari, cum quo tanquam illustris lucerna lucens in hoc mundo, beffialis corporis motus edomuit.

Famulo quodam cum illo familiariter colloquente, vir piissimus de vxoris & filia- Cap. 17.  
rum eius valetudine percontabatur. Respondit ille: Vxor quidē rectè habet: sed iam grandæua, & filiarū solatio destituta, spem omnem fecunditatis mihi abstulit. Tum vir Dei: Abi, inquit, domum. Dominus autem prosequatur te indeficiente gratia sua. Vbi proximè ad me redieris, indicare nè omitteras, quo in statu sint res vxoris tuæ. Et eccè concipit mulier, & duas in lucem edit filias: quarum alteram gibbus mifē detur-  
pans, ipsam quoquè eius faciem horrendum in modum occupauit. Reuersus postea virille ad monasterium, & cum sanctissimo viro colloquens, rogatur ab eo, quinam vxor valeat & filiae. Tum ille: Vtinām, inquit, sanctissime pater, alteram filiam mors ab hominum oculis auferret, quam gibbus adeò deformat, vt sine horrore adspici non possit. At vir Dei: Ab originis, ait, macula salutari lauacro repurgatam, non debes horridam dicere: sed tamen ocyū domum te conferens, digitum ponas in gibbi summo vertice, quemadmodum ego nunc digitum impono fronti tuę: ego vero ro-  
gabo incessanter Dominum, vt sanetur. Redit ille domum, ter apponit digitum gibbo, atque intrā breuis hora spatiū puerula curatur. Venit vterque parens ad virum Dei, pariter multis eum laudibus vehunt. Sed increpatur ab illo, perpetuumque eis indicitur eius rei silentium, donèc ipse superstes erit: monenturque laudare Deum, & ei sine intermissione gratias agere. En alterum nobis Eliseum, Giezi puerum cum 4 Reg. 4.  
baculo mittentem ad excitandum mortuum: vbì tamen id interest, quòd Eliseo ab-  
sente, nihil profecit Giezi: at nostro Iohannè etiam absente, ad famuli contactum restituta est puerula sanitas.

## O C T O B E R.

774

Cap. 18.

Alio tempore fœminam è febris valde laborantem curauit precibus suis. Acessit quandoquè ad granarium, & cùm vidisset perparum illic haberi frumenti, quod fratribus sufficere non posset, ait ad ministros: Frumentum isthuc diligenter afferuate, cui Deus larga manu addat benedictionem suam, illudque augeat & multipliet. Non fuit inanis tanti viri deprecatione, frumento illo intantum aucto, vt decem partibus priorem mensuram excederet. Eundem in modum postea etiam hordeum auctum est.

Cap. 19.

Adueniente autem tempore, quo sancta eius anima post reportatam ab hoste viatoriam, sedes æthereas penetratura erat, peste corruptus est in latere. Venientes igitur ad se fratres, morbo ingrauecente, paucis hortabatur, vt humilitatis, concordia & obedientiae iura semper illæsa seruarent, atque per charitatem vñanimis, statuta monastica etiam minima religiosè custodirent, ipso defuncto, concorditer eligerent pastorem, qui charitatis eloquijs gregem illum confirmaret, dirigeret ac tueretur.

Iohann. 4.

Luc. 16.

Et cùm in mentem ei venisset, noluisse Christum in domum reguli intrare, nè diuitias suscipere videretur: & diuitem epulonem cruciari apud inferos, Lazarum in sinu Contemnit Abrahæ quiescere, acriter in diuitiarum amorem inuenitus, eas suo exemplo docebat contemnendas, ita subiungens: Auri copiam nostra crumenæ non habet, nec tamen, Christo nos adiuuante, quicquam vlli hominum debemus. Animaduerto quidem, nos non placuisse omnibus: sed tamen qua ratione functi simus munere nostro, certis indicijs, me defuncto, cognoscetis: resque ipsa quorum cunque, infensis animis facta nostra carpentium, ora occludet.

Cap. 20.

His absolutis, cùm magis magisque pestiferum virus increaseret, ille cilicio ad nudam carnem induens, celeriter dissolui cupiebat, & esse cum Christo. Superuenit autem medicus quidam, qui hortabatur eum remedium accipere aduersus morbum illum, non quòd speraret pelli eum posse, sed vt ad tempus mitesceret. Cui sanctus vir: Si omnino, inquit, sumenda est medicina, parati sumus humiliter obediere: memor enim erat regulæ, sic iubens: Fiat sine murmure de consilio medicinae & sequitur: Faciat, quod faciendum est pro salute. Postquam enim vius est pharmaco illo, perspicue animaduertit omnes spiritus interiores paulatim reuiuiscere. Sed paulo post cùm alij egressi essent, dixit ad Capellano: Sentio iam, vt medicina vim morbi à corde depulerit, at tamen adest præ foribus mors. Sic igitur tribus continuis diebus decumbens, sàpè beatorum spirituum visitatione & cælestibus visionibus confortatus est, idque adeò, vt pro illorum supernorum ciuium reverentia, quos sibi assistere cernebat, sursùm adspiciens, crebro deponeret pileum, eosque hilariter salutaret. Tanta autem virtutum gloria cumulatus, decem & septem annis Prioris officio strenuè functus est, & anno ætatis sua sexagesimo, sexto Idus Octobris, ea hora, quam Capellano predixerat, à corpore migravit in cælos, & in diuinæ lucis abyssum.

Cap. 21.

Innocentia & munditia eius qualis fuerit &c.

Multis ille virtutum exemplis, tanquam luctucentis radijs, militantis Ecclesiæ firmamentum, dum adhuc viueret, illustravit. Innocentia Abel fuit, Enoch munditia, quando proculatis vitijs, per virtutum itinera cum Deo ambulauit. Spei certitudine Noë, ex virtutum materia arcam cordis fabricans, qua ab inferorum diluvio & fluctibus æstuantis gehenna liberatus est. Abraham fide, duos enutriens filios, qui eius vestigijs inhærentes, illud monasterium miraculorum signis illustrarunt. Iacob labore, propter Rachelis obtinenda consortia, liæ actuosal occupationes non recusans. Iob & Tobias patientia, inimicorum vexatus iniurijs, nec tamen peccans labijs suis. Humilitate Dauid, Salomon sapientia, dedit enim ei Dominus cor sapiens ultra omnes eius decessores. Ezechias poenitentia, etiam ob minima peccata multis se lachrymis afficiens, & non mediocriter dolens. \*Iohannes Euangelista castitate, corporis luxum castigans, & omnia contemplanti Deo semper placere desiderans. Iohannes Baptista abstinentia, inter delicata fercula, contempto gulæ appetitu, paucis, ijsque minimè delicatis, contentus escis. Post obitum suum multis claruit miraculis, ab obsessis expellit dæmones, paralyticos sanat, claudis restituit gressum, cæcis visum, permultos vita functos excitat, leprosos curat: omnia morborum genera, si cum devotione inuocetur, profigare nouit. Quòd si nos singulatim annare velimus, quæ virtus diuina & in vita, & post obitum per illum operata est, lectori nimia rerum copia fastidium afferemus. Et tamen si quis nōsse ea velit, extant in eius monasterio codices, in quibus innumera beneficiorum eius genera conscripta haben-

\*Susannam habet Author.

Multa post eius dece-  
san mira-  
cula.

Corporis luxum castigans, & omnia contemplanti Deo semper placere desiderans. Iohannes Baptista abstinentia, inter delicata fercula, contempto gulæ appetitu, paucis, ijsque minimè delicatis, contentus escis. Post obitum suum multis claruit miraculis, ab obsessis expellit dæmones, paralyticos sanat, claudis restituit gressum, cæcis visum, permultos vita functos excitat, leprosos curat: omnia morborum genera, si cum devotione inuocetur, profigare nouit. Quòd si nos singulatim annare velimus, quæ virtus diuina & in vita, & post obitum per illum operata est, lectori nimia rerum copia fastidium afferemus. Et tamen si quis nōsse ea velit, extant in eius monasterio codices, in quibus innumera beneficiorum eius genera conscripta haben-

DE SS. TARACHO, PROBO ET ANDRONICO MART. 775

habentur. Obiit vir sanctissimus anno à partu Virginis millesimo trecentesimo se-  
ptuagesimo nono: regnante Domino nostro Iesu Christo, cui cum patre & spiritu  
sancto est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTORVM ET GLORIOSO-  
RVM CHRISTI MARTYRVM, TARACHI, PRO-  
bi, & Andronici, ut habetur in Simeone Metaphraste.

**D**IOCLETIANVS tenens Romanorum imperium, 12. Octobris  
vir, qui errori cultus dæmonum erat mirum in modum Cap. 1.  
addictus, volebat quenlibet Christianum abiurare pietatem, veramque religionem, literis & edictis per vniuersum orbem terræ spargens hanc impianam vanitatem. Ea  
de causa multis quidem ex fidelibus labefactabatur animus: alij autem metu tormentorum, quorum minæ fu-  
erant intentatae, in solitudinibus latebant & montibus.  
Pijs enim ubique erant tensa retia & laquei. Tunc vero  
fortissimi Christi milites, qui tres quidem erant numero,  
& genere solo & differentia patriæ diuidebantur: (Tara-  
cho enim primo martyrum, patria erat vrbs Claudij Cesaris. Probo vero, quæ ad Horū mar-  
Orientem sita est, Pamphylia: Andronico autem ætate tertio, insignis metropolis tyrum pa-  
Ephesiorum) in Deum autem charitate & fide, viuum esse aperte cognoscetabantur: cùm  
vel solum versari cum impijs, reputabant esse abnegare pietatem, seipsoseparantes  
à communi multitudine, tacitè, & per se alebant suum in Christum desiderium. Cæ-  
terum vel ipsam vitam non putabant vitalem, nisi essent Christi passionum propter  
Christum participes. Scopus autem erat eis suæ ad Deum orationis, à martyrio mi-  
nimè excidere, & non facere Christi iacturam, quem pro omnibus habere delegerat.

Cum verlareretur in his beati athletæ, mittitur in partes illas quidam Præses ab Im-  
peratore, nomine Maximus, vir, qui ad extremam processerat in dæmonibus colen-  
dis superstitionem, & cuius crudelitas iactabatur vulgi testimonio. Is cum ad Tarsen-  
sium venisset ciuitatem, protinus ad examinationē sedxit in excelso tribunali iudicās,  
aut certamen potius parans longè difficultimum. Illi autem assistebat magna multi-  
tudo lictorum, qui illius nutibus & gestibus se promptè parituros esse significabant.  
Cum ergo ijs, qui tunc erant cultores dæmonum, martyres propter veram religio-  
nem euasissent manifesti, & iam compræhensi fuissent, ij, quibus hoc incumbebat of-  
ficium, iudici de illis significarunt. Ipse autem vetuit quidem eos sisti communiter,  
sed singulatim potius introducens, eos examinabat, maligno hoc agens consilio, &  
cogitans fore, vt iniustos sic faciliter expugnaret. Et primus quidem, videlicet ætate,  
Tarachus in medium accedens, cum rogatus esset, quoniam vocaretur, seipsum con- Tarachicō,  
fessus est esse Christianum, intrepidè dicens iniusto iudici: Quod tu, tanquam crimen, fiantia.  
persequeris, hoc est mihi ornamentum, & nomen proprium. Quoniam vero id quo-  
què, quod à parentibus mihi fuit impositum, vis scire, vocor Tarachus. Cum autem  
essem miles, infernè abnegauim militare, quoniam arma nostra, qui sumus Christiani,  
non sunt carnalia, sed Deo potentia (vt dicit Paulus) ad destructionem aduersari. Fac<sup>2. Cor. 10.</sup>  
ergo, quod velis: ero enim tibi per Deum, qui est in me, stimulus & perturbatio. Et  
nec me senectus & canorum admoneas, qui sum iuuenis animi alacritate: neque Iuuenem se-  
quod inconsideratè, & præter rationem fit à tuis Imperatoribus, id voces legem pa-  
triam. Vnus est enim noster & verus pater, Deus, qui nos etiam produxit ad effenti-  
am. Tui vero dixi cùm sint ligna & lapides, sunt abominationes. Talia sunt, quæ à tuo  
Imperatore coluntur simulacra.

His accedens iram iudicis, vt qui dijs insultaret, & Imperatoribus, in maxillis pro-  
tinus subiit iniuriam: deinde etiam in collo multis horis fuit verberatus. Quod spe- Cap. 3.  
taculum ne poterant quidem ferre ij, qui aderant: quocircà aggrediebantur etiam  
admonere, vt stulte loqui, sicut eis videbatur, desisteret. Quibus martyr scitè admo-  
dum & apposite: Cùm sexaginta, inquit, toros sex annos diligenter hanc stultam exer-  
cuerim locutionem, hora vna, quod tam longo tempore est acquisitum, expellam?  
Nequaquam per hoc, quod pro pietate suscipio certamen, & per meam in Chri-  
stum verum Deum fidutiam, neque si nobis aliis minetur Maximus, hoc longè gra-  
Ttt 4 uior